Montecass. 64.

Hos meriti magni papae premitto Iohanni
Papam post istum papam numero Benedictum
Pelagium Romae prelatum postea prome
Hinc tu Gregori conformans cuncta decori
Aecclesiae Christi sal atque lucerna fuisti
Post te Bleranum civem Lego Sabinianum
Hinc Bonifacius et Bonifacius annumerentur
Deusdedit et quintus Bonifacius his socientur
Honorium cum Severiano teque Iohannes
Inter predictos celestes scribimus amnes
Post hos Theodoro Martinum consociemus
De quo quid fuerit per Grecos passus habemus
Additur Eugenius presul quoque Vitalianus
Adeodatum cum dono suscipiamus
Scribitur hinc Agatho Sicule regionis alumnus
Et copulatur ei prudens Leo papa secundus
His adiungatur Benedictus sive Iohannes
Et Conon tecum Sergi sextusque Iohannes
Hinc alio papa gavisa est Roma Iohanne
Et te Sisinni genito genitore Iohanne